1419. in Maio. 16/5. Ex Orig: Arch. Regni.

95.

# Debitum quingentarum marcarum Abrahamo de Gostyn.

Ego Pelka de Bydlyn significo 21
tenore præsentium quibus expedit univer-
sis serenissimo principi domino Vladislao 22
Dei gratia regi Poloniæ et domino no-
stro gratiosissimo suis successoribus præ-
latis ac baronibus pro nobili Abraham de
Gostyny quingentas marcas numeri et pon-
deris monetæque Polonicalis me fideius-
sisse, ita tamen quod si idem Abraham
in solutione plenariæ summæ pecuniarum
pro qua zuppas arrendavit facta ratione
infra annum à die arrendationis deferrat,
extunc ego pro expletione totalis soluti-
onis quingentas marcas tantummodo solve-
re polliceor et promitto. Etsi facere ne-
glexero, extunc præfatus dominus rex inter
successores sui vel prælati et barones re-
gni Poloniæ in bonis meis tantis, quæ se
ad quingentarum marcarum valorem ex-
tenderent, sine omni evasionum mearum
exceptione, quingentas marcas prædictas re-
petendi plenam et omnimodam potestatem

potestatem habebunt harum, quibus sigil-
lum meum testimonio literarum est appen-
sum. Datum Cracoviae feria secunda in
octava sancti Stanislai martyris gloriosi tem-
pore Maii, annô Domini millesimô qua-
dringentesimô decimô nonô.

Ta kopia wypisana z oryginału parga-
minowego 1789. roku d. 28. Aprilis, od
którego iest oderwana pieczęć.